Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omnis constantie concurrerent.
ut patientis titulum perpetuo il-
lustrarent. et persequentium reuela-
rent impietatem. et nomen eius sempi-
terno macularent obprobrio. adeo
uero in martyris persecutores ultio
diuina deseuit. ut in breui sub-
lati de medio non conparerent. Et alii
quidem sine confessione et uiatico subito
rapti. alii digitos uel linguas pro-
prias dentibus frustatim decerpentes. alii
sanie defluentes. et toto corpore ta-
befacti. et tortionibus inauditis.
ante mortem cruciati. alii para-
lysi dissoluti. alii amentes effecti.
alii cum insania exspirantes. ma-
nifesta reliquerunt indicia. quod
iniuste persecutionis et excogitati
parricidii penas exsoluerint.
Gaudeat ergo uirgo mater ecclesia
nouum martyrem de hostibus re